

Dómine, Dómine virtus  
salútis meæ: \* obumbrásti su-  
per caput meum in die belli :

Ne tradas me Dómine a  
desidério meo peccatóri : \*  
cogitavérunt contra me, ne  
derelínquas me, ne forte  
exalténtur.

Caput circúitus eórum : \*  
labor labiórum ipsórum  
opériet eos.


Cadent super eos carbó-

nes, et in ignem deícies eos : \*  
in misériis non subsistent.


Vir linguósus non diri-  
gétur in terra : \* virum  
injústum mala cápient in  
intéritu.

Cognóvi quia fáciat Dó-  
minus iudícium ínopis : \* et  
vindíctam páuperum.


Verúmtamen justí confite-  
búntur nómini tuo : \* et habi-  
tábunt rectí cum vultu tuo.



Ant. Ab homínibus iníquis líbera me Dómine.



Ant. iv. toni viij. CUSTODI me. Ps. 140. Dómine clamávi ad te,



exáudi me : \* inténde voci me-æ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut  
incénsus in conspéctu tuo : \*  
elevátio mánuum meárum  
sacrificium vespertinum.

Pone Dómine custódiam  
ori meo : \* et óstium cir-  
cumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum  
in verba malítiæ, \* ad excu-  
sándas excusatiónes in pec-  
cátis.

Cum homínibus operánti-  
bus iniquitátem : \* et non  
communicábo cum eléctis  
eórum.

Corrípiet me justus in  
misericórdia, et increpábit  
me : \* óleum autem pecca-  
tóris non impínguet caput  
meum.

Quóniam adhuc et orátio  
mea in beneplácitis eórum : \*